

Codice Diplomatico Longobardo I, 112B

Dum se coniunsessent in unum consditutum, id est Ansprando archipresbiter, Lupo Aldo, Anzolerio, Draco Aldo, Malamberto et Poncio presbiteros, Hildeprando archidiaconum, Uedo. Aldo, Leocorne, Offrit, Zinello et Summino diaconi Beate Marie Maioris ciuidatis Cremone ex una parte, nec non ex alia parte Uulpone de curte Gussala et Mitilda iugale sua una cum Martino, Lusone, Gisla et Ricchilda filios et filie sue, nec non Bosello, Ilprando, Laurentio et Ilulpho cum Bella Donna, Pudica, Angelberga et Grisilda iugales eorum de agnitione sua, homines et mulieres pertinentes iam dictis presbiteris et diaconos Beate Marie Maioris ciuidatis Cremone, presentia Agilulphus gastaldo, Aribertus locoppositus, Aldifret presbiter de Sancto Michele in sub-urbis, Cunipert presbiter de Beato Syro de Rhodono, Rachibert presbiter de Sancto Michele de curte Bathiana, Luuiso, Godepert, Ilmerit et Aicardo de dicta Beata Maria Maiore et aliis pluris in consditutum et considium uocatis; et cum iam dicti coniuncti et consdituti fuissent ambis partibus in isdud consditutum, et hanc inquisidionem pro portanda libertate de ipso Uulpone et iugale sua Mitilda una cum filiis et filias et agnitione sua, et iam dicti presbiteri et diaconi ipsidius Beate Marie Maioris per uoce Uedoaldi diaconus et uicedominus professi fuissent se memorari, et esse in eorum recordatione quod pro parte ipsidius Uulpone iam a tempore gloriosissimi et piissimi regis Liutprandi, prope insolam Ursoni, dum aque peruersarent salua fuit in Pado uita Mezolombardi diaconus et uicedominus, et quod dictus Uulpo uitam pro uita posuit, et sequenti tempore predictus Uulpo cum Mitilda iugale sua et filiis et filie sue et agnitione sua semper fidelis seruus fueret ipsis presbiteris et diaconis Beate Marie Maioris, ideo ipsis paruit ut pro eum remunerare de suo bono opere et longa seruitute et seruitio fideli diurno et nocturno iam dictus Uulpo cum Mitilda iugale sua et filii et filie sue et agnitione sua in libertate positus esse deueat. et ideo ipsum Uulpone una cum Mitilda iugale sua et filios et filias suas et agnitione sua liberum et liberam, liberos et liberas faciunt, dicunt et manifestant presentia dictorum audidorum. hac noticia cognita, supradictis auditoribus paruit actam et deliueratam esse inquisidionem et finitum consditutum et iudicatum pro portanda, dicenda et manifestanda libertate de Uulpone de curte Gussala una cum iugale sua Mitilda et filiis et filie sue et agnitione sua. et ideo dictum Uulponem liberum dixerunt et manifestauerunt una cum Mitilda iugale sua et filios et filias et agnitione sua. et dictus Uulpo una cum iugale sua Mitilda et filii et filie sue et agnitione sua dixerunt, quod contenti sunt pro portare libertate sua, hac condicione, ut maneant in custodia, tutela et protectione de iam dictis presbiteris et diaconis Beate Marie Maioris istidius ciuidatis Cremone. et dicti presbiteri et diaconi professi sunt, quod iam dictos Uulponem cum iugale sua Mitilda et Martinum, Lusonem, Gislam et Richildam filios et filias suas, una cum Bosello, Ilprando, Laurentio et llulpho et iugales eorum Bella Donna, Pudica, Angelberga et Grisilda de agnitione sua, homines et mulieres iam pertinentes ipsis presbiteris et diaconis, et liberos atque liberas in hoc consdituto dictos et manifestatas recipiunt in tutela, custodia et protectione sua cum omnibus rebus et familias eorum. sic deliueraata inquisidio et acto et finite consdituto pro firmidate ad parte presbiteris et diaconis Beate Marie Maioris, supradicti audidores mihi Liutperto scriuere monuerunt, et eorum presentia relicta est. Acto Cremone, anno regni excellentissimi Aistulphi quinto, uigesima die lune mense magi, inductione septima; feliciter. Signum manus Agilulph gastaldo, qui in his actis in terfui. Aribertus locoppositus interfui. Signum manus Ansprandi archipresbiter, qui in his actis interfui Signum posuit Ansprandus primus presbiter, qui in his actis interfui et subscrispsi, et signum posui istius canonice. Lupo Aldus interfui Lupo Aldus presbiter

interfui et subscrispsi. Anzolerius interfui Anzolerius presbiter interfui et probau. Dracoaldus interfui Dracoaldus presbiter interfui et probando subscrispsi. Malambertus interfui Malambertus presbiter interfui et subscrispsi. Poncio interfui Poncio presbiter interfui et subscrispsi. Signum manus Hildeprandi archidiaconus, qui in his actis interfui Signum posuit Hildeprandus archidiaconus, qui in his actis interfui et subscrispsi, et signum ecclesie posui. Signum manus Uedo Aldi diaconus et uicedominus, qui in his actis interfui Signum posuit Uedo Aldus diaconus et uicedominus, qui in bis actis interfui, subscrispsi, et signum posui. Leocorne diaconus interfui Leocorne diaconus archisacrista interfui et probau. Offrit diaconus interfui Offrit diaconus cancellarius interfui et probau. Zinellus diaconus interfui Zinellus diaconus sacellarius interfui et subscrispsi. Summinus diaconus interfui Summinus diaconus aduocatus interfui et subscrispsi. Signum manus Liutpertii notarii, qui in his actis scripsi.